

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ



THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2



LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERSE (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





Quis iniustias indicabit? Psal. 74.

DEVS OPT. MAX. qui abominatur omnem iniustitiam & secundum supremos iuris apices quemque indicabit. Ius, quantum ad præsentem materiam, est potestas legitima ad rem aliquam obtinendam, vel ad eam vel ad aliquam functionem, aut quasi functionem, aut negationem functionis, cuius violatio constituit iniuriam. Diuiditur in ius ad rem & ius in re, ad hoc reuocatur dominium proprietatis: Dominium plenum est re se extendens ad omnem eius vsum & dispositionem nisi lege prohibeatur. Dominium requirit titulum qui est Dominij radix, multis titulis Deo dominium comperit, Domini enim est terra & plenitudo eius: nulli verò eum irrationali conuenit. Omnes creature rationales domini capaces sunt etiam infideles Ecclesiastici. Sed idem beneficiarii redditum merè Ecclesiasticorum honestæ sustentationi superfluum dominium non habent, quasi de iis sit pro suo nutu saluâ iustitiâ disponere possint, sed quod recipiant talia bona Ecclesiastica cum onere superflua erogandi ex iustitiâ in causas pias. Ius itaque illud quod habent Beneficarii in istis redditibus neque vsum sed vfructus diminutus dicendus est: si tamen de diuisione factâ in quatuor partes constet vt in certis Beneficiis constat, tunc Beneficarii isti tenebantur ex charitate aut Religione tantum erogare superflua, non autem ex iustitiâ.

BENEFICIARII bonorum suorum patrimonialium Domini sunt: Domini quoque sunt bonorum quasi patrimonialium, id est, eorum quæ ijs proprio labore & industriâ contingunt, nec non bonorum Ecclesiasticorum honestæ sustentationi etiam habitâ ratione nobilitatis, scientiæ, dignitatis viri Ecclesiastici necessaria sunt: Quod & intelligendum existimo de beneficiariis patrimonium sufficiens habentibus, licet non negem aliquam Ecclesiæ licitum non fuisse ijs qui patrimonium sufficiens haberent vberi redditibus Ecclesiasticis. Sed idem beneficiarii redditum merè Ecclesiasticorum honestæ sustentationi superfluum dominium non habent, quasi de iis sit pro suo nutu saluâ iustitiâ disponere possint, sed quod recipiant talia bona Ecclesiastica cum onere superflua erogandi ex iustitiâ in causas pias. Ius itaque illud quod habent Beneficarii in istis redditibus neque vsum sed vfructus diminutus dicendus est: si tamen de diuisione factâ in quatuor partes constet vt in certis Beneficiis constat, tunc Beneficarii isti tenebantur ex charitate aut Religione tantum erogare superflua, non autem ex iustitiâ.

HOMO dominium directum suæ vitæ suorumque membrorum non habet: neque Resp. ipsa dominium directum habet in hominis vitam: habet tamen homo dominium indirectum seu vtile in propriam vitam & membra suæ & honoris homo Dominus est, non tamen in quibusvis circumstantiis, homo in alterum hominem dominium acquirere potest siue voluntate siue iustâ necessitate, idque vel ratione delicti vel iure paterno vel iure rati: Etiam Christiani fieri possunt infidelium serui. Ante rerum diuisionem homines dominium habuerunt in communi, adeo vt singuli possent rebus vt ab libito, etiam non expectato aliorum consensu sicut nunc licitum gulis aquam haurire è fluuij: augefcente tamen hominum numero iustissimè & conuenientissimè supposito præsertim peccato, instituta est dominiorum diuisio quæ ab initio ferè mundi cepit ex consensu tacito in eo posito quod pariter ditiones sibi necessarias aliis consentientibus aut non repugnantibus, postea verò ex consensu expresso nationum, eadem diuisio facta fuisse non temerè creditur.

IN rebus vnico vsu proprio consumptibilibus dominium distingui potest ab vsu; inde est quod Fratres Minores ex summo paupertatis amore subtilem laudabilemque virtutis istius exercendæ modum supra ceteros Religiosos plexi sunt spoliando se rerum etiam vsu consumptibilium dominio, cum tamen earum vsum retineant, licet refragari fuerit Ioannes vigesimus secundus. Res inuenta non transit in dominium inuentoris quando Dominus inueniri potest ideoque summâ cum diligentia perquirendus est ab inuentore, quo non inuento, probabiliorem eorum sententiam credo qui existimant etiam post adhibitam illam diligentiam inuentorem non posse rem inueneri sibi appropriare, sed teneri eam pauperibus aut in alios vsus pios erogare: oppositam sententiam probabilem quoque puto & in praxi tutam. Præscriptio est acquisitio Domini & iuris per possessionem legitimo tempore contra legem præscripto, ad præscribendum requiritur potissimè bona fides: non tantum in foro externo est licita præscriptio, sed etiam in conscientia est tuta.

RESTITVTIO rei ereptæ necessaria est ad salutem vel in actu vel in proposito, non enim remittitur peccatum nisi restituatur ablatum cum restitui potest: ad restituendum autem quis tenetur vel ratione rei acceptæ vel ratione rei iniuste acceptionis: Qui rem alienam bonâ fide aliquandiu possedit, cognito postea Domino non modo tenetur rem restituere, sed etiam fructus rei quos percepit merè naturales si existant, si autem non existant vel si tenetur id quo ditior est factus per tales fructus, sed fructus merè industriales quos percepit ex re alienâ bonâ fide possessor non tenetur restituere. Non solum ij qui alteri iniuriam inferunt per se, sed etiam qui inferentibus iniuste cooperantur, ad restitutionem tenentur: cooperari autem censentur mandantes, consulentes, consentientes, adulantes, receptantes, participantes, muti non ostbantes & non manifestantes ad quos nouem cooperandi modo si qui sint faciliè reuocari possunt, vt qui precibus quæpiam ad inferendum damnum induceret. Pœnitens qui tertio tradidisset rem quampiam ei restituendam cui erepta fuisset, teneretur iterum restituere si tertius rem istam traditam retineret pœnitentemque defraudaret.

AD satisfaciendum obligationi restituendi simplum duntaxat reddi debet, hoc est, tantum quantum ablatum est, non plûs nec minûs; hocque præstare debet detentor primo quoque tempore moraliter loquendo quo reus fieri potest, si autem illic non restituat tunc in retentione rei alienæ per diuturnum tempus toties multiplicabitur numero peccatum quoties non perferuerit virtualiter, sed renouabitur consensus interior detentor alienum. Quando damnum illatum est per ereptionem rei alienæ, primo loco restituere debet is ad quam res erepta peruenit siue existat siue non: quando autem damnum inferitur per rei alienæ destructionem causa principaliter nerit primo loco ad restitutionem, deinde executor, denique ceteri qui cooperantur. Excusatur à restitutione statim faciendâ non solum necessitas extrema ad quam reductus est debitor, sed etiam grauis; ita vt detentor iniustus non potest restituere nisi ad eundem periculum mortis aut magnæ infamiæ, vel qui non potest satisfacere quin excidat è suo statu ad quem honestè peruenit restitutionem differre posset; qui autem rapinis, vfrus similibusque modis illud ad aliquem honorabilem statum peruenisset, teneretur etiam cum eius amissione confessum restituere. Qui in sæculo manens potest satisfacere iniuste agit dum ingrediens Religionem reddit se impotentem ad restituendum.

FVRTVM est vfratio occulta rei alienæ inuito Domino, committit furtum filius-familias qui paterna bona subripit, maior tamen quantitas requiritur ad reddendum eius furtum mortale quam si extraneus esset: similiter inuito filio consumens fructus ex beneficiis filij prouenientes furti reus est: Vxor quoque furripens aut donans bona mariti inuito iniuste agit, exceptis tamen certis casibus in iure notatis. Peccatum mortale admittit qui minima successu aduersus eundem ad quantitatem notabilem ascendit committit, imò etiam mortaliter peccat qui à pluribus leues summas furatur quæ simul iunctæ faciunt summam notabilem. Qui bonâ fide rem furto ereptam emittit, tenetur eam restituere verò Domino postea cognito à quo tamen non potest repetere pretium pro re sic emptâ datum. Contractus est actus externus inter duos vel plures ex eorum consensu vtriusque obligationem par venditio & emptio sunt contractus species. Resiuxta pretium naturale secundum communem hominum æstimationem vendi debet si nullum legale pretium determinatum sit. multis de causis rescindi potest venditio, scilicet ob defectum rei, ratione pacti non seruati, ratione retractus gentilitij &c. Tenetur venditor manifestare occultum rei vendendæ vitium, non autem manifestum: tenetur etiam restituere quicquid accepit supra iustum pretium, sicut tenetur emptor restituere si rem minoris emeret & venditorem monere de maiore rei pretio si venditor nesciat.

NON est licitum vendere credito seu dilata solutione supra pretium legitimum aut latitudinem pretij naturalis: neque etiam licet emere infra pretium vel legitimum vel naturale ob anticipatam solutionem. Proxenetæ duntaxat totum pretium rei venditæ vel emptæ Domino tradere nisi sit tacitum vel expressum pactum eius pro quo proxenetæ emit vel vendit. Negotiatio per se est licita, Clericis & Monachis interdicta nisi mixta sit. In contractibus tantum facit bona fides ad culpandos aut excusandos contrahentes, vnde à restitutione excusandus non fuit qui sciens breui augendum valorem pecuniæ magnas summas mutuas accepit quas alias accepturus non esset. Quando mercator conuenit de non vendendo nisi supra pretium rigorosum, mercator etiam supplet merces suas vt inde earum pretium crescat, peccat contra iustitiam: Similiter quando vnus aut pauci conueniunt omnes merces vt eas a pretio vendant: item qui apponunt fidos licitatores vt alij emptores augeant pretium, isti omnes iniuste agunt & ad restitutionem tenentur. Mutuum est contractus quo rei in pondere numero & mensurâ existentis &c.

VSVRA est accipere supra sortem præcisè vi mutui: Vsuram vtriusque testamenti paginatamquam horrendum crimen detestatur quin & Ethnici ipsi: sunt tamen nonnullæ causæ in iure notatæ quæ ab usuræ labe excusant vt tronea donatio mutuatarij: nec intentio usuraria est si speretur lucrum ex liberalitate mutuatarij, cauendum tamen periculum, & absit omne pactum, de hac intentione intelligi possunt canonistæ cum dicunt lucrum intentione secundariâ non esse usuram: sic etiam ratione lucri cessantis aut damni emergentis aliquid vltra sortem exigere fas est dummodò nonnullæ conditiones seruentur, vt quod moneatur mutuatarius de lucro cessante &c. Vsurarius quoque ad restitutionem tenetur etiam mentalis. Montes pietatis (vt vocant) quales in Hispaniâ & Italia vigent à summis Pontificibus approbati, liciti sunt & in conscientia tuti. Contractus societatis definitur duorum vel plurium conuentio contribuendi ad commune lucrum & damnum secundum proportionem rerum contributarum. Contractus societatis purus nullique alteri contractui admixtus per se licitus est; similiter contractus societatis accepto pignore conueniente capitalis, si fortè socij culpa pereat, est quoque licitus: contractus verò societatis cum pacto assicuracionis adiuncto illicitus plane est viamque aperit innumeris palliandis vfris. Cambium reale, manuale, locale, per se licitum est: Cambium autem siccum est usurarium, quia omnia indicabit qui iniustias indicabit.

Hæc Theses Deo duce, & Præside S. M. N. Fr. CAROLO LOVRET Monasterij B. Mariæ de Vallibus-Cernay Cisterciensis Ordinis Religioso, in Sacra Facultate Parisiensi Doctore Theologo, nec non apud Bernardum Theologia Professore meritisimo, tueri conabitur SIMON ROYNETTE Subdiaconus Remensis, & Baccalaureus Sorbonicus. Die 18. Aprilis Anno Domini 1662. à meridie ad Vesperam.

IN SORBONA.

PRO MINORE ORDINARIA.

La Duchesse DeLieu.